UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Ergo:

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Visual Library

Orat Epiſcopus Deum; redditus vitæ Diaconus ſolus fuſte cædit, fugatque omnes.

Anno CCCC. Gainas Dux Arcadij contra Rufinum, poſcit Arianis Conſtantinopoli templum concedi: Cui Arcadius; ad Epiſcopum id referam, ait. Verum S. Chryſoſtomus os Gainæ occludit. Qui furens vrbem inuaſurus noctu, per Angelorum exercitum territus, templum extra vrbem occupat: id quod Arcadius vna cum ſeptem millibus Gothorum incluſis exurit. Ariani ne pſalmis ſuis ſeducant plures, etiam S. Chryſoſtomus concini hymnos curat. Ex quo ſuborto aliquando tumultu, cantum Arianis ſeuerè interdicit Imperator. Demum & vrbe pellit eoſdem, dicente illi Chryſoſtomo in templo; *Dic; Si coronæ tuæ quis abiectos lapides inſereret; quomodo ferret? Et Rex Regum Chriſtus per Te feret hæreticos in pia ciuitate?*

Per id tempus muliercula, ſe Catholicam ſimulans, Synaxin ſacram adibat. Acceptam *S. Hoſtiam* dans ancillæ panem ſumebat: quo protinus in lapidem ſub dentibus verſo, Ariana ſe inter Cathol. recipi pœniten. orat, & exorat.

ERGO:

1. Dic age; Quæ ſincera Fides hoc conſtitit Aevo IV?
   At Sic Papiſtis Reſtat Romana, Fidesqve:
   Non Sic Rem ſeruat Luthero-caluiniſta, Fidemqve.
2. Ivre Svo Proprio Papa, atque Eccleſia gaudent:
   Quis quid Ei Avgvstvs proprio de iure remiſit?
3. Anti ne Christvs erat quiſquam hoc Romanvs in Aevo?

SAE-